


Vol. 142


Vol. 14


D. 27

C. 2









mus ma
tibus, ill
inde, fa
crassa i
qualitat
65.
laborat
ritur? A
subeunt
vasa qu
bram p
tollunt
predo c
66. C
membri
one in
ti dige
gram n
nascitu
oculo i
modò
dinem
67.
pulsus?
cto nat
calore
uitatis
tem, n

ATA 39
rassis constantem par-
tis, tenuem effici: pro-
nis momento, quod è
do, priorem exuerit
it, è salsa dulcem fieri.
ammatione oculorum
cuiusdam sensus obo-
peruentu superiorem
tudo nascitur. An quia
lè nullo ordine palpe-
pum quodammodò at-
ione salebrofa illa af-
do oboritur? An quia
nenter quasi ex adusti-
alore, qui ex imo discu
repletionem atque æ-
ationem, inhibito: ea
qui secundum naturam
xarefacti, & quodam-
rem retorridi, lippitu-
n febrientibus alteratur
tus innatus, quum reli-
ro statu, redundat, & à
tur tenuatúrque, ac le-
am acquirit celerita-
, sed & ipsi respiratio-
ni


CASSII MEDI-
ci de animalibus me-
DICAЕ QVAESTIONES ET
PROBLEMATA, QVAE HACTENVS
LVCEM NON VIDERE, INTER-
prete Hadriano Iunio Hor-
nano, Medico.



PARISIIS.

Apud Christianum Wechelum, sub scuto Ba-
siliensi, in vico Iacobæo: & sub Pega-
so, in vico Bellouacensi. Anno
M. D. XLI.





3

Ornatissimo viro,

REIQVE MEDICAE DOCTO-
RI CELEBERRIMO, CORNELIO RHEM-
mio, olim Comitum Hochstratani Medico, pri-
mariae Traiecten. ecclesiae Canonico,
Hadrianus Iunius, Medicus,
S. P. D.



Vum superioribus diebus à me Latij donatum iure, Cassium Medicorū Problematum scriptorem, praelo tradere statuissem, vir clariss. coepi mecum animo agitare, quem opellae nostrae patronum ac defensorem contra detatos vitiligatorum quorūdam morsus parere deberem potissimum: hinc tu mihi imprimis occurristi, cui nostri ingenij primitias, gratæ antiquitatis exemplo, offerrem: idque multis nominibus: tū quia optimo iure ritēq; Medicum Medico dedicandum existimarem: tum vt meam in demerendo te (qui à patris mei clariss. tui à puero nuncupatione fratris, morte, alter quasi parens es relictus) diligentiam probarem testatamque facerem: tum vel maximè, quod te cum primis istarum rerum cognitione capi perspectum haberem, vt qui nunquam non lectites, dignum, quod in memoriae alueos compingatur: semper eruditas dissertationes & colloquia misceas: vt nec mensa doctis condimentis careat, vixque dilabatur absque lectionis fructu quod facris impeditur tempus: imò vbique genuinis suis animum exaties opibus: ita vt nihil prorsus tibi cum vulgo diuitū indoctorum (quos rectè olim Diogenes aureo onustas vellere pecudes vocitabat) commune esse patiaris: hinc adeò factum est, vt Principibus viris semper placueris: illis te ceu minimè ambiguum in re Medica oraculum, salutisque suae columnen, yndiquaque accersentibus: nemo non te salutaria medicamē-

torum seminã passim, Triptolemi in morem, spargere prædicet: omnes te ament, colant, prosequantur, & veluti præsens numen suspiciant. Sed quid tuarum laudum præconium per-
 texere vltra pergo: quin potius Aegyptiorum sacrificorũ morem imitari studeo, qui deos suos inarticulata voce colere solebant, quò plurima cupientis sese potentia destitui significarent. Porro quoniam libri titulus præfert inscriptionẽ Problematum, vt paucula de eorum ratione attexere non abs re fuerit fortasse, ita eruditis tuis illa auribus appendi, non grauatè, spero, feres. Problemata vocant Græci, quæ in medium proponuntur, vt in disquisitionem veniant, & ad calculos vocentur, omnia: idque duplici fine, vt aut doceant quippiam, aut construant: quod in Mathematicis præcipuè fit. Definiuit olim Mechanicus Carpus, testante Proclo, tantum inter Problema & Theorema discriminis, vt illud simplicem & illaboratam præferre propositionem diceret: hoc operosam, solidam, atque exacto iudicio & scientifico compertam exploratamque. Habet autem tres ferè potissimas partes Problema: vt quod in quæstionis controuersiam venit, primo loco proponat: deinceps illud rationibus argumentisque conuincat, & velut ob oculos exhibeat: postremò quod demonstratione asfertum est, confluet atque adeò coagmentet. Occurrit interdum (quemadmodum attentè legenti non hunc modò, sed & Aristotelis & Aphrodisæi eiusdem argumẽti libros, patebit) vt ex demonstratione comprobatis, obiter etiam aliud Theorema colligas, & quasi lucro apponas: *πρόσμα* Græci appellant, quasi dicas, lucrum *καὶ ἔρμαον*, siue accessorium compendium: quidam è nostris Corollarium vocarunt. Porro vtitur ferè autores in hoc tradendi genere, duplici lemmatum, quæ ad demonstrandam rẽ propositam assumuntur, via: quæ aut rationi consentaneis, ac scientificis (*ἐπιστημονικὰς* illi vocant) demonstrationibus comprobant, aut probabilibus in dubia causa persuadent. Sed hæc de problematum ratione in præsens sufficiant. Quis autem hic scriptor fuerit, quòve temporum tractu vixerit, nihil equidem, vt ingenuè fatear, compertum habeo. Memorat Suidas Longinum cognomento Cassium, magni illius Porphyrii præceptorem, qui quæstiones & problemata Homerica scripserit. Citatur &
 quidam

quidam Medicinæ scriptor Cassius Calpitanus. Vter verò huius sit autor libri, an alius quispiam: & an is quem Galenus libro nono de composit. medicam. secundum locos allegat, nec semel hippiatrica: malim dubium silentio transire, quàm temerè asseuerando ineptiæ notam iucurrere. Certè quisquis tãdem sit, vt non infimæ in re Medica classis, ita lectione nõ perfunctoria, sed sæpiùs iterata dignissimus est, adderè & æquali, cum veterum multis, nominis autoritate, ni aliorum censure præiudiciũ dictare primus formidarem: nihil enim hinc ferè legas, quod non medicam artem è professo sapiat. Quantum verò negocii nobis hic libellus confecerit, facilè iudicabit, qui æqua-censura nostram cum Græcis versionem legendo coniunget: deprehendet enim quàm multis locis mutilus, quàm plerisque mendis fuerit deformatus autor, vt diuinationi interdum potior dandus fuerit locus. Interim quamuis in verendo me Ligurinis Mœmis satisfacturum non confidam: saltem nostrum qualẽcunque laboris & fidei apparatus, literatioribus, quibus ad Critolai libram syncerior eruditio expensa fuerit, non omninò improbatum iri spero. Tu itaque vir cordatis. benigna fronte à nobis huic libellum excipito, mole quidem exiguum, frugis verò non vulgaris: genio licet dignum tuo, vix tamen illustri tuæ dignitatis gradu, vtpote cui maiora debeantur. Interim tamen legimus frugalem pauperculæ Hecales cœnulam non aspernatum fuisse Thesea. Huius exemplo herois, vir integerrime, similiter tu facito, & opellam nostram æqui bonique consulito. Vale feliciter, & me, quod facis, amare pergitto. Lutetiæ Parrhisorum.

Ad lectorem Hexast.

Quæ Natura parens occultis symbola causis
Implicuit, nulli peruia mente fatis:

Cassius hæc dextro genio dissoluit, vt æquè
Non Sphyngis nodos OEdipus Ogygiæ.

Quisquis es, exiguū lege opus, memor vt sua
Iaspin

Commendet vis: non, pondus iniqua trahés.

Cassii medici pro-

BLEMATTA, INTERPRE-

prete Hadriano Iunio Hornano.



10
Vr rotunda vlcera difficilius
cæteris coalescant? Herophi-
li sectatores ex demonstratio-
nis geometricæ assertione, cau-
sam reddere conantur istam .

Quòd & si circulares hulcerũ
figuræ exilem describere videantur ambitum,
non tamen sint reuerà tales , sed maius quàm
apparet, occupent spacium. Constat autem quò
grandiora ea sunt , hòc longius inducendæ ci-
atricis tempus flagitare. Consentaneum proin-
dè est, huiusmodi hulcera , quamuis in speciem
exigua, ægrè curationem admittere . Rei tamè
veritas secùs habet: imò maiora ea ipsa sunt cer-
tò . Atque adeò illorum rationem quadatenùs
euertit Asclepiades, quum prodidit, citiùs cica-
tricem inductum iri, si rotundi hulceris labra,
affineisque partes diffindas , ita vt è sectione il-
la, maior reddatur hulceris regiõ. Quod è dia-
metro Herophili scito repugnat. Si nanq; hul-
ceris magnitudo, secundum illius præscriptum
ægræ curationis est causa : consequens fuerat,
data

data eadem magnitudine, accedente deinceps
 è sectione & altera, multò etiam difficilius cu-
 rationis opem succedere. Reddit ratione hanc
 Asclepiades: ait enim qualibet in re quasi con-
 genitum ac coalitum esse motum: motum au-
 tem vehementem ex ipsis rerum principiis or-
 tum habere (principia vocando eius quod mo-
 uetur meditullium). Ad hanc rem clariùs asse-
 rendam, exempli vice, fluuiorum, ignis que mo-
 tus adducit: quorum vti medio loco potior ve-
 hementior que motus ingruit, ita & hulceribus
 ratio eadem haud abs re competat. Quæ ver-
 ba id ferè sonant: Quandoquidem mouean-
 tur rapidiùs flumina, quâ vndantior est alueus,
 id autem mediæ illorum plagæ tribui indubi-
 tatum est, huc se nimirum omni aquæ vi agge-
 rente: eademq; ratio à flamma ignis aliena non
 sit: hæc enim media sui parte agitur æstuan-
 tiùs, ita vt illic loci identidem magno exultet
 impetu: hanc ob causam, quum rotunda vlcera
 in vnum quasi sint compacta, & vndiquaque
 intra medium ceu circino descripta, fit vt ve-
 hementiori infestentur motu. Accidit porrò
 motus, quum coagmentatæ quæpiam moles na-
 turæ ductu per meatuum angustias viam affe-
 ctantes prorumpunt: qua violenta eruptione,
 cicatricis oblitus inhibetur. His ita occurren-
 dum: Si vehemens ista corpusculorum conglo-
 bato-

batorum moles in causa sit, quò minùs obdu-
cta coëant hulcera, certè id in vigore ætatis cõ-
stitutis, potissimùm vñuenire par erat: ac pro-
pterea hos ipsos tali hulcerum genere capi de-
bere: in his etenim vt magna huiusmodi coa-
gmentorum est vis, ita vel citissimè etiam agi-
tantur: contrà in senio defectis, vt sunt pauca,
ita & ignauo lentoque motus tractu vibran-
tur, & tamen in vniuersum huiusmodi istis hul-
cera, incurabiliora sunt. Pronunciandum igi-
tur, quæ figura in angulos quodammodò fracta
constant, hulcera, citiùs cicatricem ea de causa
ducere, quoniam tanæ partes sibi mutuò vici-
niores sunt, quàm potissimùm angulo (vt ita di-
cam) committuntur: alioqui non è quauis oc-
casione cicatricis inductionem admittūt. Pos-
sis huius rei documentum inde accipere, quòd
minori negotio curètur hulcera, quæ oras, vt
non procul diductas, ita in speciem sanas, affe-
ctas tamen, habent: nam in rotundis integræ
partes ex æquo vndiquaque distant, plus affa-
tim, quàm in angulari figura. Quemadmodũ
in circulo si statuamus paruo ab eo intervallo
puncta, rectaque linea protracta ea coniunga-
mus: idèmq; in altero (verbi gratia) triquetro
faciamus, deinde pusillo ab angulo interstitii
discrimine ea similiter vniamus: inueniemus li-
neam in circulo confertam, maiorem esse. Iti-

dem res habet tum in rotundis, tum in non talibus hulceribus, prout diximus. Idcirco in iis quæ angulari constituuntur figura, facilis fit cicatricis inductio: quandoquidè minùs à se mutuò dissident integræ partes: ac hulceri ad unitatem reducendo conferunt non parum: quò fit, vt in vniuersum ab extremis cicatrix obducere se incipiat, quoniam à vicinis partibus integris opem acquirit: Contrà in rotundis ob æquale vndique incolumium à se inuicem partium dissidium, & ob ademptam illis fouendæ cicatricis occasionem, haud facilè cicatrix inducitur.

2. Cur supremæ corporis sedes, ad Nomas, hoc est, depascentia hulcera sint oportunæ: similiter & concauæ? An quia Nome putrefactio est quædam, & sensus interitus atque extinctio? Supremæ autem partes ob alimenti penuriam calore facilè destituuntur, ita vt hac de causa sensus ablationem incurrant: Concauæ verò ob humidæ in ipsis materiæ affluentem copiam, cuius occasione putredine corripuntur.

3. Cur hulceribus sanari, vt inflammationibus discuti minuique incipiētibus, pruritus creantur? Respondendum, quòd familiaris succus potiores tunc obtinet: quod cùm fit, alienū ex imo exigit & exterminat. Porro autem natura

tura

tura, quum loco cedit quod hostile illi est & alienum, quosdam voluptatis igniculos sentit.

4. Cur hydropicus, humore abundans copioso, siti tamen afficitur? Dicemus hanc potus appetentiam in illis nasci, quoniam humidi naturalis, non aduentitii atque à natura alieni, quale ipsis cū primis adest, torquentur desiderio. Extinguitur autem ea appetitio, appposito, quod è natura est, humido. An quoniam naturale humidum haud in debitos distribuitur meatus, ac conceptacula, sed toràs propellitur atque exudat: quo fit, vt haud secus ac si non biberint, siti semper affligantur.

5. Quamobrem non sitibundis, in balnei ingressu, sitis obuenit, & vice versa, quos sitis habet, ab ea liberantur? Quia siccitate oritur sitis. Proinde si balneo sitibundi indulgeamus, corpus ratione vitalis facultatis, qua præditum est, humorè ipsum per superficiarios cuticularisve meatus ad se trahit, quo contingit penetralia intima, è quibus potissimum procedit sitis, humefieri. At verò balneo indulgentibus, quos non molestat sitis, his qui in corpore est humor, per sudorem promanat: eò quòd aliam humiditatem occupare, sibi que adsciscere nequeant.

6. Cur è iocinore, lienè, pulmonibusve laborantes, in locum affectum minus difficulter

decumbūt, quum oportuerit, quâ locus affectus premitur, dolorem in crudefcere? Dicendum q̄ si in contrarium latus fiat decubitus, quædam veluti pensilis oneris moles relinquitur: at dum locus patiens ita suspenditur, maior certè sentitur cruciatus.

7. Quam ob causam in accessionibus in vniuersum ferè extrema frigore capiūtur? Quia humores eò confluunt, vbi motus extat initiū: id autem in mediis viscerum penetralibus consistit. Consentaneum est igitur, dum illò è qualibet corporis regione regurgitat humor, vt suo etiam priuentur extrema, qui ad medium ceu centrum se referat, eaq̄ iam spoliata, succiq̄ indiga, necessariò frigore corripuntur.

Νῦν δὲ
ἔτι.

8. Voluptas quasi dissolutio & corporis remissio est, id quod sensus ipse attestatur quodammodo. Quòd etiam somnus voluptatem pariat, nihil certius: nam eius quoque fidem facit experientia: nec non & poëta, qui sæpenumerò prædulcem eum nuncupat, quasi dicas voluptatis ministrum. Si itaque voluptas corpus resoluit, eamque & somnus parit, quin potius hunc remittere, quàm, quæ Methodicorum est opinio, constipare, dicētamus? Adde quòd quæ scaphâ fit agitatio, corpus resoluit, vnde et vicissitudinaria eius vibratione in somnū proni cum voluptate quadam ferimur: hinc colligere

ligere est, remittere magis & relaxare somnū, quàm inhibere & restringere. An huic ita occurrendum, quòd non prorsus somni accidens sit voluptas: sed quòd irruente somno hanc ob causam illa oboriat, quoniam corpus eius beneficio in pristinum restituitur statum, recedente nimirum defatigatione, ex operis diurnis vigiliæ tempore nata. Porrò quòd non prorsus ob corporum laxationem pariatur voluptas, hinc discere est, sitim è siccitate oriri: siccitatem verò adstrictionem inducere, constat. Iam sitibūdi si quandò frigidam exorbeamus, voluptate mira toti perfundimur, interim tamen præcedens constipatio è frigidæ commercio incrementum acceperit. Quemadmodum verò gelidam non dicimus relaxare, eò quòd voluptatem corporibus accersat, ita nec somnum idem dicemus factitare, propterea quòd voluptatis sit author. Voluptas namq; creatur ob dictā à nobis paulò antè causam. Quæ autem scaphâ fieri dicta fuit agitatio, vt discutiendis crassioribus partibus, ita sensus auctori spiritui coagmētando cōpingendóque potest esse accommoda, nimirum turbando spiritum & contrahēdo, dum reliqui humores à motu cessant: eò verò in vnum contracto, somnus oboriri solet. Nec mirandum est, si vna eadēmq; agitatio, & corpus discutiendo inaniat, & constringat sen-

sificum spiritū, vti diximus. Quemadmodum enim corpori affusa calida, illud excitat: igni, extinguit: perinde & agitatio illa superior, contraria potest efficere, cuius generis & efficaciam nō pauca reperias contraria.

9. Qua de causa in capitis vulneribus vbi eō vsque descenderit vulnus, vt cerebrum ambiens membrana laesa sit, partesque fauciae iam integræ cogantur, atq; ad cicatricis inductionem perueniant, tum plarunq; conuulsio obuenire soleat, ex qua mortem illi incurrunt? Referenda causa ad naturalem cerebri palpitationem concussionemq;, qua contingit membranam ossibus circūpositis (vnde exempta fragmenta sunt) affricu illidi, allisamq; exulcerari: proinde facta iam exulceratione & fordes ducente, quā collecta illa ex hulceratione materia difflari digeriq; nequeat, propterea quod carne iā obductæ sint superiores partes, simulque quoniā densior sit, q̄ que transmittere possit, cicatrix: materiam illam exulcerationis vitio collectam, in principes cerebri regiones cōcedere, easq; ita comprimere, vt & spasmus cōsequatur, nimirum prohibita materiae transpiratione, ob cicatricis è carne à natura aliena concretæ duritiem.

10. Passim hoc obseruatum est, inter vulnera capitis, quorum altitudinem cranii perfo-

perforatione metimur, ea plurimum minari periculi, quæ vertici, quæque syncipiti infliguntur: ex hisce tamen quæ ad cicatricem perduci contingit, facilius curari iis quæ in occipite extant. Dicemus synciput quæ pars capitis cæteris præstat, perexilem habere subiectam membranam, unde plus hinc esse periculi probabile est. Quòd autem vulnera ibi loci inflicta, ubi ad cicatricis inductionem devenire possunt, minori negotio curentur, fit quia principes partes præsentius auxilium subministrant. Quæ verò in occipite extant, ut minus portendunt discriminis, ob membranam, quæ habet substratam, carnulentam: ita difficilius curationem admittunt, tum quòd concordi illo partium subsidio careant, tum quòd rei veneræ usus ea loca magis exucca reddiderit.

II. Observatum est & illud, in eius generis vulneribus capiti illatis, si sponte venter deicitur, mortem succedere: sin ratione, salutis portendi spem. Nam sponte sua solutus aluus, quoniam affectus ratione è capite subsistentiæ suæ originem trahit, periculum intentat, utpote affectui succumbente natura. Sin diatæ ratione aluus humecta mollescat, tenuiori reddita materia, inferiusque concedente, capitis partes inquietatæ permanent: quò fit, ut dum nulla gravædine accumbente tentantur, curatio facilis succe-

succedat.

12. Quamobrem è prunarum ardenti struē exurgens æstus, caput prorūs grauedine ferit: è lignis non itidem? Quoniam qui à prunis spargitur æstus, vi calorifica coarctat obturan- dōque constringit: at alter è lignis, habet & ma- doris nonnihil, cuius indicium facit fumus ip- se, liquido humoris in lignis contenti argumē- tum prodens. Porrò carbones in vini paxil- lo haud abs re fuerit extinguere, quo aboleatur omnis ex iis noxæ causa.

13. Cur potissimùm piscatores & id genus homines in mari agentes, vnguibus (pterygia vocant Græci) infestantur: quamuis verò & a- liis hominibus id mali nascatur, redundat ta- men plærunque in rei nauticæ deditis? Dicē- dum bina esse pterygiorum genera: fiunt enim partim dū caro naturaliter oculi angulo sub- iecta, porrigitur latiùs, atque incrementum ac- cipit: partim quum tenuis illa oculóque circū- tensa membranula in callosum tuber excres- cit intumescitq;: ea porrò in homine ægrè visu percipitur, ob prænimiam tenuitatem: at in a- nimátibus cæteris potissimeq; agnis, conspicua est, utpote crassior quàm in homine. Hæc igi- tur marinorum vaporum, mordacitate sua of- fendentium, occasione, exeditur, roditur, & in calli duritiem cum inflammatione degenerat,
ita

ita vt hac ratione vnguis concretus produca-
tur. Non ignoramus tamen pterygiorum vnū
genus, adhærescere appendicis more, alterum
quasi connatum coalitumq; esse.

14. Cur alterius tantum oculi affectus ma-
gis irritet? An quia quum alter oculorum inte-
ger secundum naturam se habeat, moueatque,
naturali ductu & eger mouetur: originem ete-
nim ex vna eademq; basi deducunt. Hinc fit,
vt ægrum oculum concors motus exasperet:
affecto siquidem membro ex usu est imprimis
quiescere. Sin vterque eodem labore tempore,
tolerabilius fit malum: simul enim quietem
agunt ambo, nec exacerbatur: itaq; è quiete ve-
locior succedit sanitatis adeptio.

15. Quam ob causam lippientibus nonnul-
lis febris si succedat, lippitudinem soluit: non-
nullis, non hoc modo non præstat, vt etiam o-
mnifariam conciliet cæcitatem: quæ igitur est
causa, vt vni opem, alteri oculi perniciem ad-
ferat? Quia febris superuenit ratione quadã &
exemplo μετασυστησις: quare si intra mediocri-
tate consistat febris, ita vt & quæ ex ea profici-
scitur, μετασυστησις, moderata sit: emolumentum
sequitur ferè. Sin cum vehementi impressione
febris inuadat, vt motus quoque eius sit vehe-
mentior, extremum sequitur nocumētum. Di-
cat etiam quispiam febrim & exiccandi natura
c esse

Μετασυσ-
τησις quid,
uide i calce
libelli.

esse præditam, & infarciendi artubus superfluitates: illud comprobarit è siti, quæ febricentis corripit: huius argumentum fuerit, quòd membra quæpiam ob febris superuentum excrementis scateant. Iam quòd lippitudinem sanet febris, est, quoniam suam arefaciendi vim ista exerrat, dum fluxum exiccat obortum: Eadè si noxam creat, infarciendo id agit planè, tum quia loca affecta fluxibus excipiendis sunt procliuiora: tum quia hocce affluxus ingestos in artubus, confirmat febris & agglutinat: atque ita ex multo humorum decubitu obfirmationeque cæcitas nascitur.

16. Cur æstate potiùs oriatur lippitudo, quàm reliquis anni temporibus, quum tamen ea sicca sit & calida. Par nanque erat ob siccitatem temporis conditioni congruam, fluxionem nullam exoriri: nec tamen subsidii quicquam iidem presentiscunt, ex adstrictione densationeque, quam præsens æstus efficere posset? Dicemus, licet hæc æstatem consequantur, nihilo tamen minùs plurimum lucidi aëris splendorem, oculos perstringendo lædere vehemètiùs, eò quòd omnis supra medium candor, disturbare, sensusque dispergere soleat: ea de causa, quum tranquillam quietem præscribimus, loco illam obscuro delegamus, quo causam omnem motoriam subterfugiamus. Lippitudinis itaque æstiuis diebus

diebus causa, vti demonstratum iam est, radians solis iubar existit.

17. Cur quum affinitas mutua in similitudine sit aurium inter se, vt & oculorum: oculus tamen alteri in affectu consentit, haud itidem aures? Tū quia nō similitudine modò conueniunt oculi, verū & magna loci vicinia: aures verò intermedio spacio non exiguo dissident. Tum quòd oculorum motus ab intrinseco principio originem trahit: auribus verò extrinsecus is accedit.

18. Cur nonnulli quos lippitudo torfit, acutiùs videant? An non indubitatum est, lachrymam euocantia collyria, bona ratione visum dici acuere, propterea quòd ex illachrymatione, & vt ita dicam, purgatione, illis vsi clariùs cernunt? Itidem vsuuenit in lachrymantibus lippitudinis vitio, ex materiæ cuiuspiam crassæ impacta congerie natæ, vt à purgatione tersiùs videant.

19. Cur quibus suffusio imminet, contingit culicum, muscarum, formicarumque ante oculos obuersari imagines, quæq; eius generis consequi solent? An videlicet quia pro humoris concretione, simulatque coire is incipit, similia necessariò occurrunt phasmata. Adde quo tempore hæc humoris impressio obiicitur, facultas visoria per totum visus organū vim suam exe-

rit:impeditur tamen obstaculo iis in locis, vbi potissimè humoris concrementum incubuit: qualis igitur humoris primo congelati figura extiterit, tales se rerum externarum ingerunt imagines.

20. Quamobrem oscitantes minùs audiunt? Quoniam in maxillarũ diductu, auditus concidit instrumentum & comprimitur: simulque circumuenitur & interpellatur spiritus. Hinc sonori in auribus strepitus gignuntur. Intercluso itaque externi aëris ingressu, aures suo in excipiendo sono nequeunt fungi munere.

21. Cur aureis oriculario specillo, aliòve instrumento, fodientibus nobis, tussis interdùm moueatur, non aliter ac irritata arteria? An quia multa sit non vocali modo arteriæ cū auribus affinitas: sed etiam membris inter se: ita vt consensus ratione, vocis afficiatur organum. Excitatur porrò tussicula in vocali arteria.

22. Quam ob causam inter capitis dolore laborantes, alii acutè voces persentiscūt: alii omnino ne audiunt quidem? An nimirum, si capitis dolores ita molestant vehementer, vt maior fiat infarctio & obstructio, præsertim si vertigo quædam præcesserit, contingit non ritè mentem se habere: Mens porrò est quæ videt, quæ audit, vt veterum quispiam extulit. Quò fit

Νοῦς ὁρᾷ.
 νοῦς ἀκούει
 Epicharmus.

fit vt mente vitiosè habente sese vocem à quopiam æditam excipere nequeamus, nec iniuria.

23. Cur surdi per nareis vocem reddant? In confesso est, quòd ex priori affectione, alterius per consensum participes fiunt, dum quantum possunt aures dilatant: quibus diductis etiam narium spiracula laxiora redduntur, & intercapedine non parua dissidentia permanent. Proinde dum spiritus per laxam illam capacitatem fertur, haud difficulter sonus quispiam afformatur.

24. Cur multus somnus & peruigilium, capiti grauitatem concilient? Certè non dicemus ab illis noxam corpori accedere, quâ sunt excessus. Nec enim id quærimus, cur à contrariis læ datur caput, verùm quam ob causam oboriatur idem ad amussim symptoma, è somni tum nimia frequentia, tum immodica raritate, quæ inter se pugnant? Dicemus igitur ex multo somno hoc fieri, quoniam transmissa ad caput materia, ob adstrictionem somni ratione factam, exhalare, transpirareq; nõ possit. In peruigilio verò idem constituitur hac de causa, quia rarefactis, propter functiones per vigiliam obitas, humoribus, in sublime, siue maus, ad caput efferruntur vapores quidam caput grauantes. Est autem ratio, vt dum plus satis ob cõtinuam vi-

gilatiam tenuis redditur materia, maior etiam fiat eius transmissio: nec absolum est, haud rite distribui, propter vigiliarum assiduitatem, alimonias, sed vitari eas corrumpique: hinc adeo fit, ut non tantum multitudinis, sed pravae etiam qualitatis occasione, vapores ad caput repentes, id distendant grauentque.

25. Cur sub lucente luna, vigiles quantumuis diu multumque moram trahant, nihil offendantur, dormientibus vero caput obstruitur? Quam igitur huius rei asseremus causam, quod in luna somnum capientes, capitis grauitate incurrant, cum eius calidum simul & humidum sit iubar? An hoc contingit quod in modum ictus punctusve somno sepultos lunae radii feriant, quippe quibus cum humiditate coniuncta est grauitas: quemadmodum fit vbi cum impressione scaturigines prorumpunt: tum enim ob impressionem illam, ictus ritu affluxus prouenit, ita ut constipatio potius quam laxitas sequatur: ita euenit etiam, ut lunae lumine cum grauitate ob superiorem causam ingruente, impactio siue grauitas gignatur, conferente huc & ea quae ex somno proficiscitur obstructi-
one.

26. Qua de causa qui placido vtuntur motu, si capitis antea teneantur grauedine, ab ea post motum liberantur: at qui cursu proni fe-
run-

runtur, etiam si nullum præcesserit grauitatis indicium, incurrunt eam tamen à motu? Dicemus his quibus moderatus obitur motus, paulatim ad ima omne & alimentorum & excrementorum genus discedere atque detrahi. Cæterùm qui violèto & extorto exercitationis genere vtuntur, etiam reuerberationes refractûsq; quosdam contingere: vt nimirùm delabens ad imas partes materia remittatur fursùm cum repercussione quadam: non aliter ac res habet in rotûdis molibus solo illisis, quas si placidè in pavementum demittas, nullo facto resultu restant. Sin vi solo impingas, in altum resiliunt: quemadmodùm in pilis videre est. Eadè prorsus de cursoribus est ratio, materia nimirùm fursùm cum renisu relata. Prætereà cõtingit in violento motu spiritum & retineri & intèdi, adeò vt hac de causa grauedo nascatur.

27. Cur in rectum qui fiunt motus, vertiginè non pariunt, quum circulares in gyrum cursus id faciant: in tantum vt arbitrentur isti omnia exteriora secum rotatu circumagi? Dicemus rectos motus non prohibere materiei transpiratum, circulares verò non permittere eam difflari, irruente nimirùm cum turbinis impetu, aëre, & transpirationem inhibente. Adde q; motui corporeo respõdet ad vnguem circularis in nobis humorum motus: hi nanque cum
 corpo-

corpore simul circumacti, occlusa perspirandi via, ob rationem memoratam¹, postquam motus causa quiescit, in orbem iam tum moueri incipiunt: vnde talis motus in causa est, cur humores præter naturam aliquid concipiant, ac repræsentari credât. Sic auriginosi externos imaginantur colores pro affectus in oculis consistentis rationis. Itidem qui suffusione laborât, nihil non subrubrum autumant. Ita quoque in circulari fit motu, vt omnia in gyrum rapi credantur: agitato siquidem qui in oculo est humore, iam tum fit vt is sequatur conceptus atque imaginaria arbitratio. Porro oculus, vt pro confesso habetur, humores continet, aqueum (qui lachrymarum fons est) crySTALLINUM, & vitreum: istique omnes translucidi sunt & albi. Prætereâ prima tunica alba est, at in tenuitatem desinit in oculi medio, vbi nigrum cernitur, non tamen colore, vt dicimus, est candida, verum tota pellucida, etiam eo in loco. Nec illud ignotum est, quòd secunda tunica, atra naturâ existens, corneæ sit substrata, non toti tamen. Relicta enim est plaga perspicua, qua se visus exerere possit, quo in loco pupilla est. Ex his omnibus simul coactis quæstionis ratio elucescit.

28. Cur quibus superior inferiorve palpebra deprimitur, geminari obiecta videantur, quod

quod ebriis potissimum accidit? Fit quia visorius spiritus distractus diuiditur. Id autem quodammodo euenit citra depressionem, ut spiritus ex utroque oculo promanantes, dum in rem subiectam ingruunt, pariter obtueantur. Quando vero alter oculorum deprimitur, non iam amplius in rem subiectam pariter, sed dispartitò ac seorsum quilibet, appellunt. Huius, si placet, ita possis documentum capere. Apposito siquidem qui oculum premit digito, si alterum non presum scilicet, obiecta manu præcludas, euanescet gemina obiectorum apparitio, quatumcunque depressare pergas. Hinc patet spiritus visifici separationem distractionemve pro causa habendam: sicut & ebriis multiplici res obuersantes varietate spectantur.

29. Cur sub aquis vocem non excipimus, æquè ut per parietes: quamuis horum intersepimenta coactiora sint & duriora? Quia naturam habet aqua peculiarem, ut aer subire vel depressus nequeat, at quando per parietem loquimur, eò quod auribus nihil incumbat oneris, verisimiliter certè aère ex aduerso verberato, traicientéque per intermedium parietis aërem, fit, ut percellatur iste: atque hinc verba excipimus.

30. Quamobrem in acutorum morborum declinatione parotides ferè nascantur (quas sunt
d qui

qui *Διοσκουρίδου*, hoc est, geminos etiam appellat, à fausto, ut arbitror, salutis ostento) eaq; à malo absoluunt. Non fugit nos in morbis grauibus, quædam veluti illorum proœmia, ut inapetentias, oriri: attamen ubi robur colligi confirmarique incipit, appetentes plus aliquanto redduntur ægri, oblatoque iam alimento vberiori, maxillas mouere coguntur: dùmque in mandendo rictus diducitur, nasci solet inflàmatio: ex eius autem in loco obfirmatione, parotis suppullulat.

31. Aurium inuersæ fibræ, mortem in acutis morbis portendunt. Causa est ista. Emortuo enim illic sanguine, par est, plus ariditatis eas partes contrahere. Naturâ etenim sanguinis habent perquam parû. Eadem autem istud fit ratione, qua in chordis solet. His siquidem ut humoris deliquium, contractionis est causa, sic in aurium fibris quoq; assolet.

32. Cur mellis fauus primordio amarus, dulcedinem perfectus contrahat? Quia magna indicatur naturæ ad contrarium mutatio: quû præsertim fauus cùm dulcis, tum amarus ad amussim, in suo genere absolutus extiterit.

33. Cur in facie vari prodeant ferè in ipso ætatis flore vigoreq; (quapropter & *ἀκμάς*, id est, vigores, idiotarum vulgus eos nuncupat) hi profectò, ut totam faciem, quod diximus, occupant,

pant, ita circa nares scaturiunt liberaliùs. Manifestum est id augmenti ratione fieri, nam vigoris tempore appositio & agglutinatio ex alimentis validiùs succedit. Iam quum quælibet particula vi insita portionē alimonix sibi trāmissam conficit, facies tota potissiméque nariū loca alimentum sibi naturæ dispensatione distributum, in carnem conuertere nequeunt, eaque ratione efficitur, vt reliquum eò delati humoris alienam à natura subeat qualitatem.

Quòd autem nuditas partium tenui inductarum carnis mole, in causa sit, vt vari generentur, indiciò est, quòd in labris, ob eorum carnulentiam, non erumpunt.

34. In disquisitionem venit, cur gelida naribus sanguine manantibus affusa, maior interdum sanguinis profluxus succedat, quum tamen frigida cogat natura et inspisset? Dicendum, quod quoniam loca narium & vasa teneriora sunt et molliuscula, accidit, dum fit constipatio, nonnulla ex iis obstipari & arctata concidere, nonnulla verò distendi laxarique: nam quo magis partes que obstruuntur, in se contractæ redeunt: eò ampliùs vicinæ diducuntur, ita vt distensionis ratione, vasa adiacentia se resoluāt. An quia prona existente ad profluum natura, aqua affusa corpus eadem imbuit affectione, refricās quasi memoriā illi, quod ex aqua originē

ducat, quò fit vt profluuium sequatur.

35. Cur suffimenta aromatum, meliùs excipiant procul ab igne, vnde vapor aromatum surgit, semoti stantes, quàm è propinquo? Constat manifesto fragrantiam vim acquirere ambienti commixtam aëri: Sic enim & poëta dixit:

Iliados &

A ruinæ nidor fumo subit actus Olympum.
Nec caret ratione, quòd è longinquo odoris fragrantia, rectiùs sentiatur: tenuior siquidem ille redditus, sensum commodiùs mouet & afficit.

36. Cur in sternuendo laborantes, si ad solis iubar faciem obuertamus, succedit sternutatio? Ratio est, quia solis radius intestinã narium regionem perstringens, perinde ac festuca immissa, sternutamentum citat, meatus stimulando. An quia sternutatio fit, spiritu nares & subeunte & sollicitante. At solis radius eas calefaciendo, plus exhalare facit, spirituúque opé fert, qui adaucto robore, sternutamentum irritatione accelerat.

37. Cur sternutatio rarò semel, rarò etiam multoties oboriatur, sed frequentius binis vicibus? Causa in promptu est: nam quum bina sint narium foramina, & sternutamentum fiat excutiente se spiritu, fit, vt alteram narem permeãte sternutamento, sequatur & alterum.

38. Quærat quispiam, qua de causa in artuum ruptura, osse obliquè dissecto disruptoque, intus in eo immisso caro visitur, quæ intermediam ossium molem impleat, sitque ossis vice: at in ægylope, osse comminuto diffractoque, regio illa carnem non producit? An quoniam artuum ossa, ut plus habent circumpositum molis, ita alioqui continua sibi mutuò adhaerescunt, nec multùm à se inuicem dissidēt. At narium partes, ut exigua carniū mole sūt suffultæ, ita non similiter ut ossa, spacium vacuum habent intermedium.

39. Cur gelido existente aëre, tenuis valdè humoris affatim per narium spiracula prodit, quum frigus cogere inspissareq; eum oportuerit? Quia magna per faciem fit constipatio, sicq; quasi in morem percolationis à vicinis foraminum partibus, tenuis humor trāsmititur, atque exprimitur.

40. Quur offenso mēbro, vicina loca non afficiuntur simul, at semotiora, eadem corripuntur affectione: ut læsis pedibus, inguina? Asclepiades libro de hulceribus ait: ad ic̄ta loca materiam per initia deferri, cuius quantum ea capere possunt, tantum illuc decumbere: iis deinde repletis, nec alterius affluxus capacibus, materiam delatā repulsâque loci suggillatam à plenis partibus, effluere, alióque ferri: repertóq;

forte loco concāuo, in eum subfidere: Id quod & aquæ vsuuenire solet, quæ donec per planū fertur, æqualem seruat motum, sin lacunā fortuito reperiāt, ibi restitat. Idem etiam humori in locum ictum affluenti vsuuenit, quantum enim is capit, tantundem illi materiæ transmittitur: reliquum in cauās pātes, potissimūmque in raræ meatuum texturæ inguina sese exonerat, eaque in tumorem attollit. Est quidem hæc non absurdā responsio. Posset tamen in causā quis vocare, neruorū imbecillitatem facili momento offensam. Constat enim neruos citiūs quàm reliquas corporis partes, cum membris affectis simul per consensum affici, ob naturā quam habent mirē ad patiendum oportunā. Propterea etiam in capitis hulceribus, strumæ glādulis in duritiem abeuntibus, circa ceruicem conflatur: nec non sub alis bubones, extātibus manuum hulceribus, exoriuntur.

41. Cur à dextra capitis regione, fauciāta membrana, quam menyngem vocant, sinistra pars resolutionem incurrit: sin à læua id contingat, partem dextram paralysis manet? Referenda est causa ad neruorum, originem suam è cerebri basi trahentium, situm. Hi namque se inuicem decussant. Siquidem à dextra basis parte exorti, in læuum capitis sinum feruntur: qui à læua, in aduersū: ita vt eorū situs decussatim

*Decussare,
à modū, X,
literæ se=
care.*

concur-

concurrat. Nil mirū igitur si vulnerata dextræ partis membrana, sinistrâ resolui contingat, sic vice versa de altera dicendum.

42. Cur in prælio vulneris respectum, casus sequitur? Obseruatum est enim pro membri faucii ratione, hominem labi, puta, si vulnus anteriori sit exceptum parte, haud continget in tergum corruere. Dicemus quòd quâ in partem natura veluti claudicat atque adeò inflectitur, in eam prona fertur: verbi gratia, Constituatur in quodam æquilibrio corpus, propositum habens, neutram in partem vergere: tum fortè aliquid in illud impingens, vel leui momento impellat: certè quò inclinabit, huc concidet. Idem in parietibus propendentibus vsuuenit: quibus fulciendis & in rectum statum restituendis, si quid opponas moliminis, eò videbis illos delabi, quo vergentes ruinâ minabatur, præsertim si in renitendo violentiùs paulò conquassaris.

43. Qua ratione viuis corporibus combustis papulæ exurgunt, mortuis nequaquam? Dicemus in viuis, per totum corporis ambitum spiritus esse dispersos, in defunctis non ita. An quia mortuorum corpora dura sunt & rigida: at viuorum eiusmodi sunt, vt augmentum accipere in latum & extendi queant, itaque admoto igne, fit quædam liquorum ad cutim attractio, vnde oriuntur papulæ: quæ in mortuis idcirco

circò non emergunt, quia deficit substantificā illarum qualitas.

44. Cur solum sternutamentum iis qui integra constant valetudine, noctu aut omninò non fit, aut certè rarò: reliqua, ferè dixerim, omnia ex æquo & interdiu & noctu? An quia sternutamentum à calore, eum mouente locum vnde proficiscitur, fieri solet: quapropter vbi sternuere placet, soli faciem obiicimus. Dormientibus verò nobis calor reuocatur, & intùs coèrcetur: ex quo imæ dormientium partes incallescunt ampliùs. Haud iniuria ergo, si è capite calore (qui eius loci humores mouere naturâ est comparatus) cessim eunte, non sternutemus, ad quam humorum eruptionem, sternutamentum succedit. Itaque noctu non obuenire illud par est.

45. Cur perfricato oculo sternutare cessamus? An quia sic humor respirat. Lachrymam enim post frictionem extrudit oculus: hic autè cõfricatus, plus caloris sibi contrahit, q̄ nares contineant. Quò fit, vt si nasum quoq; ipsum fricâdo atteras, sternutamentum desistat.

46. Cur senes in ediam tolerant, non pueri? Quia ægrè se mouet senectus, vtpote calore destituta. Pueri verò vt plurimū habent innati caloris, ita plurimo etiam agitantur motu: Motus autem discutit atq; digerit: at enim uerò quibus

bus

bus substãtia discutitur atque effluit, hi alimẽto .
opus habent.

47. Cur mortuis, quandò omnia membra
relaxantur, soli testes sursum reuelluntur?

Quoniam fugiente spiritu, semen excurrit: id
autem excerni solet retractis testibus, quamob
rem iam tum illi à superante frigore rigentes,
ita persistunt.

48. Cur ebriosi ignobilius vinum potãt a-
uidius? Quia multibibi magnos crebrósque
habent corporis meatus. Per grandeis itaque
poros vinum generosum tenue existens, citra
inhibitionem diffluit. At ignobile, crassum
quum sit, restitat, atque permanet, ac tum de-
mùm voluptatem è se præstare videtur.

49. Cur iratis rubore suffunditur vultus,
timidis impallescit? Ira nanque subita & con-
ferta spiritus exundatio est & excursus. Metus
verò retractio: vbi itaq; is spiritus plurimus est,
inflãmat: vbi deficit, calore priuat.

50. Cur prouectiorum ætate aliqui calues-
cunt, aliqui minimè? Quoniam aliis alii calo-
ris plus habent: Frigidi verò haud lætum nu-
triunt capillitium.

51. Cur prodigiosæ formæ homines, plæ-
runq; etiam emota sint mente? Quia corpori
consentit anima, vt animæ corpus.

52. Cur magna hulcera in curatione quan-

e dò

dò repurgātur, letalia existunt? Quia per multos poros sensum fugienteis, animalis spiritus transpirat.

53. Cur æstuoso tempore, qui stata vice recurrentibus infestantur febribus, horrore concutiuntur? Quia rarefactis poris, expirat calor natiuus: constipatis, intus obseratur. Cedente itaque, qui in nobis est calore, succedit frigus. Horror autem contracto ob frigus corpore, gignitur.

54. Cur solidum cibum deglutientes, suffocamur? Quia gula, quæ per longum tractum ad ventriculi os decurrit, ex turundæ ingestione prorsus suffarcinata, arteriã premendo, spiritus inhibet transitum.

55. Quam ob causam terra cãdida ut plurimum est sterilis: nigra, ferax? Quoniam illa frigidioris est naturæ: hæc caloris habet abunde. Adde quòd illa reptilia procreat, quæ frigidi sunt temperamenti: hæc frugeis, quæ calidi. Quocircà & inter foeminas fuscæ, magna ex parte foecundæ sunt, ob calidi natiui vberiore copiam.

56. Cur infantes vehementius feбри afflictiuntur? Quoniam plurimo calore natiuo abundant. Est autem febris, innati caloris intentio & augmentum.

57. Cur ossa in tophum (τῶσπον vocant illi) cal-

callefcere, argumento eft, fasciarum cruenta tinctura, licet citra vulnus fractura conftet?

Quoniam vbi tophus coit, sanguinis aspergines in spongiosis ofsium cauernulis sparfim difseminatas, protrudit atq; exprimit.

58. Quis tophi indurefcendi coalescendique est modus? Hic videlicet, Substantia ex alimento mutata, & in ofsium extremas crepidines delata, tophum (τῶρον intellige) concrescere facit: quemadmodum enim in naribus hæc ipsa nutrimenti mutatio, in mucum abit, in vberibus, in lac: Sic in ofsibus cogitur tophus, ob talem nimirum formationem naturamque particularum: membra siquidem pro sui natura assimilare sibi nutrimentum sunt comparata, velut in diuiti varietate fruticum horto contingit: qui aquam hortulum perrigantem, pro sua quilibet natura, exugendo attrahunt. Sic Absinthium aque illectæ asperginem in suam assimilatur naturam: Similiter ocymum et reliquæ id genus hærbæ. Adducit aliam rationem Andreas Carystius, quod scilicet medulla, ofsium fistulis concauis affusa, eorumque dissectorum labris conglutinata, demumque lapidescens, in tophum abit.

59. Cur correpti Cholera, augefcente incrementèque ventriculi tensione, crura tibiæque contrahunt? Dicemus, quod Cholera,

stomachi, qui naturâ neruofus existit, passio fit. Itaque optimo iure is tensione laborâs, musculos corporis, in quos neruorû origines propagâtur, simul afficit.

60. Quamobrem, quibus oculi adstrictoria vi prædito collyrio sunt inuncti, clausis iis, minùs adstrictione cruciâtur: apertis, vehementiùs? Quoniam obseratæ palpebræ corneam tunicâ sinunt quietem agere: dum igitur quiete fruitur oculi globus, inunctum collyrium meatus obducendo illinédóque, minorem suæ adstrictionis sensum præbere potest. At diductis iâ palpebris hiantibúsq;que, nil mirum si adstrictionis sensus magis vigeat: quandoquidem continuo motu bulbus seu pila oculi in palpebras illisus calorem excitat: quo facto sensum fugientes meatus laxantur dilatantúrque, quibus dilatatis, exilia sensúmque latentia (vt ita dixerim) collyrii corpuscula, imprimi necessú est, vnde adstrictionis sensus geminatur. An quia in diducendo oculo post inunctionem, obligatú oculi pilæ collyrium, tenuius redditur? Semper etenim quæ motu vibrantur, accommodata sunt & à natura comparata, vt tenuari possint. Quò igitur tenuatur illud magis magisque, eò validiorem adstrictionis sensum suppeditat.

61. Cur phrenitici & furiosi in paroxysmis robustiores sint, virésque habeant auctas? Di-

xeri-

xerimus ob mentis alienationē ferociores red-
di: habent autem corpus ad perspiratum malè
comparatum, idq; ex vehementi adstrictione.
Hinc adeò fit, vt quum absoluuntur liberátur-
q; viribus deficiát, non deuicti scilicet à potiori
causa, sed ob adstrictionem remissam:

62. Cur qui sinapi oblinuntur, eo aqua sub-
actò tritòque rubescunt ampliùs: sin cum ace-
to permolatur, non tātundem officii egris pre-
stat? Dicendum non carere id ratione, quòd eo
ex aceto inuncti, minorem scarificationem, ru-
bedinēque minus cruentam percipiát: his et-
nim vt cutis superficiem adstringit, ita illam
meatum ex eo natam obstructionem illinit,
& (vt sic dixerim) læuigat: qua ratione omnis
sinapi ademptus est locus, quò se induat, ad p-
tentandos poros. An quia acredo sinapis, ad-
mixtione aceti hebescit, & obtunditur? Hæ-
nanque sibi mutuò confertæ qualitates, pro-
prium qualitatis caput hoc ipso vitiant, quòd
suam quodlibet simplex vim exuat. Quod i-
psum & in Oxycrato, quã poscam vocamus,
est animaduertere. Nam quum ex aceto & ge-
lida tēperatis simul constet, summam suam qua-
litates ex hoc temperamentorum complexu
perdit, & præter illas alia quædam conflatur
qualitas. At enim uerò qui sinapi inuoluuntur
aqua subactò, rubedine colorationi imbuun-

tur, hac de causa, quoniam aqua læuoris sui ratione, & humectatoriæ facultatis, dilatans poros ratione non sensu cognoscibiles, viam sinapi, qua se altiùs insinuet, aperit: est autem calidum sinapi, vt prædiximus, & ampliandis meatibus conducit. Merito itaque quibus ex aceto sinapi corpus inungitur, minùs cruento suffunduntur rubore: quibus verò ex aqua, magis.

63. Cur aqua pluuia, si vel à mari sit hausta dulcis nihilominùs existat? Dixerim q̄ aqua marina suapte quidem natura salsa est, talis aũc grauis est: habet tamen mare fluuios in ipsum sese insinuantes: quos verisimile est supernatare. Aër itaque aquæ è mari haustu attractæ partem non crassiozem, sed tenuiorem, quæ dulcis est, ad se rapit. Non igitur abs ratione est, si pluuialis aqua, licet è mari excepta, dulcis permanet. An quòd aër rapida sua vi, ipsam marinã dum haustu attrahitur, commouet, quo motu tenuior efficitur: quæ nanq̄ in motu sunt, procliuem habent ad tenuitatem naturam. Quod autem tenue est, etiam dulce: vt è contrario vnda marina, salsa, vt quæ crassis constet partibus. Hac itaque de causa aqua pluuia dulcis est.

64. Cur aqua marina diutiùs excocta naturam quam habet falsam exuit, dulcisque remanet: debet autem ad tertias decoqui? Dice-

mus

mus marinam aquam è crassis constantem partibus, illis vi ignis separatis, tenuem effici: proinde, facto hoc alterationis momento, quod è crassa in tenuem abeundo, priorem exuerit qualitatem atque reiecerit, è salsa dulcem fieri.

65. Cur feruenti inflammatione oculorum laborantibus, aspredinis cuiusdam sensus oboritur? An lippitudinis superuentu superiorem subeuntis palpebrá aspritudo nascitur. An quia vasa quæ intus errabundè nullo ordine palpebram percurrunt, in gibbum quodammodò attolluntur, ita vt hac ratione salebrofa illa aspredo consequatur.

66. Cur oculo lippitudo oboritur? An quia membranis oculi vehementer quasi ex adustione inflammatis: idq; calore, qui ex imo discuti digerique debebat, ob repletionem atque ægram meatuum transpirationem, inhibito: ea nascitur. An quoniam qui secundum naturam oculo insunt humores, exarefacti, & quodammodò propter loci ardorem retorridi, lippitudinem creant.

67. Qua de causa in febrientibus alteratur pulsus? Quoniam spiritus innatus, quum relicto naturali & symmetro statu, redundat, & à calore intrinseco diuiditur tenuatúrque, ac leuitatis occasione concitam acquirit celeritatem, non pulsui tantùm, sed & ipsi respiratio-

ni alterationem inducit.

68. Cur cutis superficiem febrientes hinculcerosam habent? Quoniam attrita carne, excitas è frictione tuberculorum anfulas, indignè fert illa. Quemadmodum & in aliqua corporis particula inflammatione correpta solet accidere.

69. Cur pallent febrientes? An ob humorum nostri corporis in altum fugam: an ob meatuum corporis sensum fugientium rationem immutatam, hoc accidit. Pari ratione in alui urinæque recrementis fieri existimandum est.

70. Cur in febre cum fluore correptis, quavis transpiratio digestione adsit, & eorum quæ in corpore tenentur, excretio, calor tamen his succenditur, pulsusque fit magnus? Quoniam materia quæ corpus obsidet, multum attenuata, difflatio fit. Porro ex transitu excrementorum & affricu, calor quispiam excitatur. Non tamen dicimus quos cum profluvio febris affligit, similem cum his obtinere calorem, quibus adstrictum est corpus, atque adeo nec pulsus, sed comparatione facta cum sanis. Huius rei constabit tibi documentum è balneantibus, aut corpus exercentibus: quippe quibus laxiores redduntur meatus, eosque obsidentes vicini humores tenuantur, manifesteque difflantur, calorque & fit, & est maior quam secundum naturam:

turam: et pulsus vehementior, magnitudinémque obrinet: nam segnis torpidúsque motus, & grauitas labefactata virtute & debili pro- uenit.

71. Cur febrientes cibum difficulter conti- neant? An quòd appetentia consistat in symme- tria quadam osculorum stomachi & etiam ven- triculi, quam symmetriam integram constare, siue hæc oscilla meatúsque diducátur, siue clau- dantur, ratio postulat.

72. Cur in cholera conuellátur contrahá- túrque & refrigerentur extremae corporis par- tes, pulsúsque adsit obscurus? Quoniam spiritus impetu elatus, propter tenuitatem partium, qua ventriculus illis est præditus (habet namque eum mirè calidum) latenter difflatur. Vnde fit, vt et torpore corripiantur: torpent autem quæ spiri- tus priuantur vehiculo. Extrema porrò refri- gerátur & contrahuntur: propterea quòd in i- stis calidum natium ad ventriculum comme- at, ob illius partium tenuitatem.

73. Quã ob causam aquas extimescunt hy- drophobi (quos à rabido cane morsos dici- mus) & pudendum cum hypochondriis simul illis intenditur: intremiscunt etiam, ac conuul- sionem patiuntur, adeòque delirant, vt canum ri- tu latratum edant? Conuelluntur certè & tre- munt, ob consensum oris ventriculi cum ner-
f uorum

uorum genere. Eadem quoque de causa tentiginis pudendum illis erigitur: nam hydrophoborum & constitutio & affectus est, obstructio quaedam stomachi & ventriculi. Desipiunt verò, quoniam vitiatum ad ventriculum & stomachum humor defertur, cuius pars quaedam ad cerebri inuolucra exhalat, ubi moram trahens, mentis alienationem inuehit. Deinceps siti torquentur: quia morbi substantia in exilibus poris consistit: quoties itaque bibunt, aqua, ut quatenium est partium, exiguos subeundo poros, obstructions auget: at enim uerò cibus solidus non facessit his negotium, meatus enim patientes haud assumunt illas ciborum coagmentatas moles. Præterea quod non bibentes, aquam tamen exhorrescunt, in causa est, organorum sensus imaginatio: nam qui potat, simul & videt, & potat. Visus autem ab aqua commotus, eodem momento & spiritum qui in stomacho est, commouet: qui à bibente motus, visum itidem permouet, uti prius ab aqua fuerat. Ex hisce in orbem motuum vicibus, inolefcit quidam usus & coexercitatio, ut quamuis non potetur aqua, spiritum tamen in stomacho percellat atque commoueat, quemadmodum paulò antè à bibente turbidè commouebatur. Quapropter obnupto vultu bibunt, quoniam altera recessit motus actio. Præter hæc probabilis est ratio,

vene

venenum stomachi poris insidere.

74. Cur laborantes cruditate, vitiati alimēti ructum emittunt? Quoniam ob exhibiti cibi copiam, maior se æstus in ventriculi sinum ingerit, qui velut innatans cibum vitiat, & viroso nidore non inanes ventriculi cavernulas, sed ipsum sinum imbuat.

75. Cur quos capitis infestāt dolor, ut obtusam habent oculorum aciem, ita lachrymantur assiduè? Quia dum ad caput defertur materies (semper enim ad affectum ea locum reperit) bona eius pars ad oculos se confert, idque optimo iure obniētandi aperiendive necessitatem. An quidem lachrymantur quia magna sit partium illarum tenuitas, quæ fit ob continuū oculorum motum. An verò lachrymantur, ob materiæ eas parteis onerantis multitudinem.

An certè visus illis hebescit, quoniam spiritus naturalis, qui per viseriorum meatuū canaleis penetrat, ob materiæ affluentis admixtionē & consortium, turbidus redditur.

76. Cur aurium tinnitus extante capitis dolore redduntur? Quoniam spiritus auditorius ab obstaculo iis in partibus hærente percellitur. Porrò obstaculum illud est, coagmentum quoddam in insensibilibus poris, ex obstructione natum.

77. Cur capite dolentes plus sentiant doloris,

loris, iam expergefacti? Quoniam moto capite, maior sequitur materiei affluxus, obstructionsque adauget.

78. Qua ex causa pulsus deficit atque intermoritur? Quoniam morbo iam in malignam conditionem conuerso, spiritus ab arteriis ad exiles affectarum partium angustias retrahitur.

79. Cur qui insaniunt, delira & loquuntur & agunt? Quoniam spiritu animali, propter impedimentum & obturationem pororum, qui in partibus spiritum illum conficientibus sunt, difficilis patet commeatus. In cerebro namque, membranisque illius & quæ inde nascuntur propaginibus, affectus consistit: quare iis præter naturam habentibus, phantasias quasdam & spectra videre arbitratur, ut quæ non sunt, esse existiment: quæ non stant, stare credant: haud absimili, cum Arquato morbo laborantibus, affectionis genere. Hi etenim propter pororum in oculis obstructionem, similem quoque ex iis que cernunt, imaginationem concipiunt: cuncta siquidem è viridi flaua illis apparent.

80. Cur melancholici iracundi sint, animoque facile succumbant? Quandoquidem in ventriculo & extrema gulæ parte morbus consistit, quæ ori ventriculi committitur: illuc siquidem vitiosorum humorum sentina colligitur,

tur, vnde prædictorum affectuum causa proficiscitur. Notum id fit è natura quidem sanis, à cibo tamen abstinentibus. Hi nãque in affatu morosiores euadunt. Quin & isti quos aquæ cruciat metus (hydrophobicos vocitant) alimoniam ferè detrectant, vtpote suspiciosi formidolosique.

81. Cur resolutorum membrorum alia tendantur, alia conuellantur & contrahantur?

Quoniam morbus sensum fugientium meatuum ratione nascitur. Quando itaque per longum vasorum incidit præclusio, membrum resolutum tenditur: at idem conuelletur, vbi pori obliquè clausi concidunt.

82. Cur difficulter spirantes, sibilo non ab- similem vocem reddat? Quoniam morbus ipse est præclusio atq; compressio inanium pulmonis fistularum: per angustum autem foramen dum fertur spiritus, talis redditur sonus. Occurrunt & illis tusses ob calorem ex affricu cõcitatum, pluscula corpusculorum mole in circulo gutturis (bronchos appellant) intercapedines impacta: iisque deinde à spiritu simul verberatis.

83. Cur difficulter spirantes, recti, minùs egrè spiritum ducant, quàm recubantes? Quia gutture per consensum laborante, vti spiritus infestat illisu, ita secum vnà thoracem attollit.

84. Cur in rupturis ex ictu natis, abdomen non rumpitur, etsi ab exteriori sit parte: quum ab interiori membrana prætensa, quam peritonæum vocant, rumpatur interim? Causa huius est, ipsa partium natura. Abdomen etenim carnosum est: Peritonæum verò ductili tensione riget: quare quum ictui resistit, scinditur. Istud idem in ossiū fracturis, etiam
 am
 citra vul-
 nus commissis, videre est.
 F I N I S.



Acturus mihi operæpretiū sum vi-
sus, amice lector, si aspergines men-
darum aliquot insigniorum, huic il-
litas libello, partim pro ingenioli
mei modulo restitutas, partim ex autographo
adnotatas, obiter in calce libri, ad lectionis in-
terpretationisq; probandā fidem, adnotarem.
Nam quum mendæ inuehi soleāt, aut descri-
bentiū φαυλῶν τε ἢ οὐκ ἀντιβαλλόντων, vt insimulat
Strabo, incuria: aut dū nasutior quispiam pro
libidine figit atq; refigit, & mutat quadrata ro-
tūdis (quod iuris olim Cynethus Chius in Ho-
merum sibi sumpsit, & in Aristotelem Tyrá-
nion) vt iam demus vtrunq; passum esse hunc
autorem: nolim tamen postremum hoc in me
cadere, ac propterea malui factam tectamq; no-
minis innocentiam, indicando errorum occa-
siones, mihi constare: quàm temerè immutan-
do, in infamiæ scopulos impingere. Tu interim

hæc ipsa, qualiacunque sunt, à me obser-

uata, pro iudicii tui norma ex-

cute, ac citra inuidiā ma-

leuolentiāque

perpende.

Vale.

Numerus non paginis, sed problematibus respondet.

4. πόρους τὸ παρὰ φύσιν ὑγρὸν, manu scripti exemplaris fides contrario sensu ἢ φύσιν legendum clamat.

6. καὶ μὴ ἐχρῶ ἐπὶ ἑσ. lego constanter, μὲν, pro μὴ. Ibidem, ἐκκρεμασμῶν δὲ τῶν, autographum habet non inconstanter, ἐκκρεμῶν δὲ ὄντων τῶν ἑσ.

8. οὐ ἄρα μᾶλλον ὄζει χαλαρὸς ὁ ὑπνοσ, in autographo rectius ἀτιμὲ χαλασινὸς: quemadmodum ἑ paulò post eodem in probl. οὐ λέγομεν εἶναι χαλαρὸν διὰ τὸ, ἑσ. ubi identidem χαλασινὸν in autogr. est. Ibidem, ἢ δὲ ἴσα καταξηροτάτη γίνεται, lege, ἢ ξηρότητα.

10. ἐπικινδυνώτατα μὲν τὰ πρὶ ἑσ. rectius cum autographo ἐπικινδυνώτερα leges.

13. ὅτε μὲν ἢ ὑπεκρινύνης τῶν καὶ παρὰ. Ita habent codices ἑ manuscriptus, ἑ vulgatus, sed q̄ bene nescio: ego postposita eorū fide, diluādiōri saltem sensu, τῶν καὶ παρὰ lego, in angulo namque oculi, Celso teste, unguis oritur.

15. ἐπιγίνεται λόγῳ ἑνὶ μετὰ συγκρίσεως, reclamantibus exemplaribus una νοσῶ μετὰ συγκρίσεως lego: similiter id quod sequitur, τῶν καὶ πλὴν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένῳ μετὰ σύγκρισιν μετὰ ὠφέλειαν παρακολούθησιν συμβαίνει, paulò aliter legendum autumo ἑ restituendum, τῶν καὶ πλὴν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένῳ μετὰ σύγκρισιν μετὰ ὠφέλειαν παρακολούθησιν συμβαίνει. Ist aut μετὰ σύγκρισιν Methodicorū νοσῶν, quo ex pulsione ex alto materiei, seponente nature iudicio factam notare videtur: possis fortasse cum Celso euocationem humorum dicere.

Metasyri-
crisis.

17. ὄφθαλμὸς ὄφθαλμῶν συμπαράχθ, desiderari videtur, μὴ τὰ ὠτὰ, uel eiusdem sententiae formula.

24. ἀλλ' οὐ διὰ τὸ αὐτὸ, lego διὰ τί, τὸ αὐτὸ.

25. ὡπὸρ ἐπὶ τῷ μετὰ ἀράξεως κρουνησμοσῶν, archetypum exemplar habet μετ' ἐπ' ἀράξεως: ἑ linea sequenti mutilè, διὰ πλὴν ῥάξιν, ita ut legendum forte sit, μετ' ἐπ' ἀράξεως, hoc est, cum impressione ἑ elisu: ἑ ἐπ' ἀράξιν. Locus est non parum difficilis.

26. συμβαίνει ἡρέμα ἀπυσιλάδῃ ἑσ. videtur deesse τὰς ὑλάς, uel simile qd. Ibidem, καὶ δὲ πνεύμα ἐπιδέχεται, rectius secundum autographum, ἐπ' ἐχεται leges. Ibidem, ὡς καὶ διὰ τοιοῦτο πλὴν σωτηρία γίνεται, uitiosa lectio est, quare aut addenda est negandi particula, μὴ, aut loco σωτηρίασιν cōgruo sensu, ἐξυπνῆσιν, substituemus. Id enim ἑ ra-

tionis

tionis postulat ἀκολουθία, & efflagitat Aristot. autoritas, sectione 5. problem. 9. Posses fortasse non alieno sensu legere σωρεία, ut intelligat ex uiolento motu congerie humorum caput onerari.

28. Διὰ δ' μορίζεσθαι συμβαίνει. autogr. Διό' ἡ μορ. habet: & lin. sequenti, καὶ τὸ τοιοῦτο διορ συμβαίνει διὰ τοῦ ὑποδλίψ. &c. autogr. habet, pro δ' ἰα, δ' ἰχα, ut & uerti.

30. προσάδηα γίνονται, locus hic tacitè nescio quid nussare, ac λειπτὰ ζίου προσκαλῆρ dictionem unam aut alteram uidetur. Quocirca haud alieno sensu attexuisse in interpretatione Latina mihi uideor mentionem inappetēti: quippe quæ inter morbi primordia siue proœmia cōnumeratur, & de qua loqui uelle, nemo non assenserit: Ne igitur meo iudicio haud errauerit fortasse qui leget, προσστίαι.

32. Istud probl. ut Græcè legitur, prima fronte falsi nomine laborare, nedum legenti negotium facere, sunt qui autumant, existimantes dulcè amare scire, amarum tamen in dulcè retrogrado ordine redire non posse: itaque inuersa non nihil uerborum serie, hoc pacto sarrire uolunt, διὰ τὴν ἀικυψέλα φύουσαι γλυκῆσαι, πικρὰ γίνονται ἐπὶ τῷ ἀποτελουμένω, quorum ut sententiæ non accesserim omnino, ita lubētius ἐπὶ τῷ ἀπτελῶ μῶ, ἢ τῷ ἀπτελλυμένω, cum Martino edituo meo, Medianæ doctore, cum ingenio, tum iudicij integritate nulli secundo, legerim, seruato dictionis, ut habet, filo. ut ut est, huius probl. ἄσπασα haud ad stomachum facit, quanuis & in assignandis causis ipse autor interdū mihi parūm probetur, ut & problematographorum plerique.

36. Ἐν πῆσιν ἄρμωρ ἐρεθίσαι τὰ σώματα: τῆ ἐρεθίσαι legito, quæ admodū est in autographo.

38. Ἐσωθεν φαίνεται σὰρξ τῷ ἐκπριοθέντος ὀσέου &c. codex manu scriptus habet, ἐμωρπώσαντ &, non absque manifesti erroris indicio: fortasse haud alienum fuerit legere ἐμωρπώθέντος, minus detruncata aut etiam detorta uoce, ἢ eius uicæ, δ' ἐκπριοθέντος, ingerere, præsertim si sententiæ nihil decadat, nimirū sumpto uocabulo metaphoricè à fibularum immisionis similitudine.

41. τὰ ἀρισθὰ παρὰ λύετ, loco παρὰ λύετ, eodem licet sensu, cum autogr. παρίετ legas, sua ut autori integra reddatur dictio. Pari ratione in fine eiusdē probl. in locum τῷ, δ' ἀνάπαλιρ irrepsit, istud in uulgato codice, δ' ἐνωτίορ, quantumuis ἰσοδυσμοῦ.

42. ἐπὶ τῷ τῶσιν ὑπερμῶρ μέρος, in autogr. additur, δ', &

clarius ita, ἐπὶ δὲ πλὴν τῶν. Ἔ. c.

57. ... Διὰ τί σημεῖον παρωθέντων ὁσῶν, Ἔ. c. *Locus iste in archi-
typo exempl. dilucidior est paulò ἔ integrior, hoc modo, διὰ τί, ση-
μεῖον παρωθέντων ὁσῶν ὅσι: δ, τὰς ὑπὸ Δεσμίδας. Ἔ. c. Ibidem,
ῥαυὶς τοῦ αἵματος θλίβει, uide an possit debeatue legi ῥαυίδας in
accusandi casu.*

60. τὸν κορυθαῖον ἢ ὑμῶν ἠρεμῆν, Ἔ. c. *in autogr. ὑμῶν non est
adscriptum.*

61. δὲ ὑσκαπνορ δὲ αὐτοῖς ὅσι τὸ σῶμα, lego δὲ ὑσωνου δὲ, Ἔ. c.
*Ibidem post, ἀλλὰ φησὶ σφίγγεως ἀνεπίστικτος, in manuscripto exēpl.
quod unicum nobis fuit, ἔ bene mendis aspersum, uisuntur aliquot
adulterini cōmatis uerba, haud scō quo sensu quōue dictionis filo cō-
stituta, hæc nimirū, ὅσις ὅσις ἔκτος ἀνεπίστικτος βλέπεται. Quæ
ideo uisum est adnotare, ut feliciorem quis nactus genium, aut codicæ
adiutus emendationi, locum integrum sarcire queat.*

62. ἐκ κεκραμμένου ἄγαρ ὕδατος καὶ ψυχρῶν συσῶν, loco ψυχρῶν
*legendū fuisse suspicor ὄξους: ista enim oxycrati miscella est. Ibidem, μάλα
λαοφονίον, in autogr. additum est τοὺς τόπους.*

63. καὶ δὲ θαλάσσιον ἀνιμίσηται, autogr. addit, αὐτὸ δὲ θαλ.
*Ibidem, δὲ δὲ λεπτόν καὶ γλυκὺ, ὡς ἐκ μεγάλων συσῶν ὄγκων.
Videtur repugnare rationi locus, quare ad plenam sententiæ perfe-
ctionem, desiderari inoaculationem aliquot uocum crediderim, ita ut si-
mile quid desit, ὡς καὶ ἐξ ἑνωτίου δὲ θαλάσσιον, ἀλμυρον: ratio
subsequatur, ὡς ἐκ μεγάλων συσῶν ὄγκων. Vt nanq; crassarum
aliquid sit partium, in tenue, ac propterea dulcæ non congruit, ut pro-
tè terreū minimè, quod uel ex sequenti constabit problemate, nisi for-
tassis ea uerba (ὡς ἐκ μεγάλων συσῶν ὄγκων) παρρησιάζουσι atq; id-
circo obelisco iugulanda censeas.*

64. Problema istud an ueritati sit consonum, tecum expende le-
*ctor. Nam uidetur illi reclamare ἔ ratio (quo etenim magis ad ter-
tias decoquitur, hoc inspissabitur amplius strigentitia crassitie, sa-
lisq; pars crassior subsidet, exhalante, atq; in fumū se resolvente te-
nuiori) ἔ salis strues è marinæ aquæ salsugine coctura confidentiū
experientia, diuersum quid dictura, ut opinor, fuerit: ni de aqua per
expiratum guttatim in metam collecta, loqui illum statuamus, quod
tamen non existimo.*

66. ἀπὸ φησὶ τοῦ κῆρος παρωθέντων, autogr. ὑπὸ ὁ habet.

68. ὄγκοις

68. ὄγκοις εὐτρεψίας οὐσης, *suspecta est mihi hæc lectio, ut adulterata, quare bona ratione uideor mihi legere, εὐτρεψίας, et commo-*
do sensu: *facilis aut in literis affinis lapsus est.*

70. γίγνεσθαι τε καὶ εἶναι πλείονα κτλ φύσιν: *fortasse legendum addito, ἢ, Διαξενικῶς, aut articulo, φη, hoc modo, πλείονα ἢ uel ἢ κτλ φύσιν.*

71. Διὰ τί πρὸς τὴν τροφὴν οἱ πυρέζοντες ἀκορέσως ἔχουσιν;
Quid si sensui fidei arbitro, simul et rationi seruietes, pro ἀκορέσως legamus, uti et uerti, ἀχωρίτως, prono alioqui lapsu, uel ἀφορήτως.

72. ἐν δὲ καὶ Διαρκούσι, ναρκῶ δὲ εἶς. *Codex manuscriptus habet, Διαρκῶσι, ego ναρκῶσι constanter lego.*

73. ἀποργάζετῃ τὰς ἐκπνοάς, *legendum a nseo contra exemplarium fidem, ἐκνοίας, hoc est, dementiam.*

75. διὰ τί οἱ κεφαλαλγίαρ, *manusc. habet κεφαλαῖαρ.*

79. ὅτι δυσωδία τῷ ψυχικοῦ πνεύματος εἶς. *lego, quis uterque repugnet codex, per, ο, Δυσωδία, non per, ω, Δυσωδία, quid enim spiritui animalium graueolentia est commune usque?*

83. κτλ τὸ πνεῦμα συμβάλλει καὶ τὸν δώρακα σωδὶε γείρειν αὐτῷ. *legendum arbitror secundum autographi fidem, κατὰ δὲ τὸ πνεῦμα συμβάλλει καὶ τὸν δώρακα σωδὶε γείρει αὐτῷ.*

Adiectum erat in calæ autographi, problema ad Criticos plane relegandum, de discrimine inter τὸν ἄμμορ καὶ ψάμμορ, nihil ad presentis operis colophonem faciens. Sed id rectè Iac. Tusanus, ut est uir magni iudicij, numero summouit, ac ueluti superfluum molem, ut erat, resecauit. Si quæ reliquæ in excuso olī typis exemplari supersunt mendæ, quæ certè sunt: eæ ipsæ, quoniam facili characteris alicuius in mutatione restitui ab oculato lectore queunt, studio sunt à nobis omisæ, ne inutili segete latius chartas occuparent. Siquidem istud sat egimus modò, ut ἀξιοχρεώτῳρα uitia commonstrando, ea à nostra uindicarem translatione. Vale lector candidè.

FINIS.

Fo. 24. lin. 8. lege, ratione. Fo. 29. li. 4. pro molem, lege, futuram. Fo. 44. li. 10. spiritui. Fo. 49. li. 29. pro, τῆ, le. tu.

